



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De iuramento Herodis. xvi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*De iuramento Herodis. Cap. XVI.*

**C**VM iuramento pollicitus est Herodes saltatrici da- *Ex dictis*  
re quodcunque postulasset ab eo. Si ob iusurandum *Hierony.*  
fecisse se dicit: si patris, matrisque interitum postulasset,  
facturus esset, an non? Quod in suis ergo repudiaturus  
fuit, contemnere debuit, & in propheta.

*De illis qui odium sempiternum inter se iuramento  
firmaverint. Cap. XVII.*

**Q**VI sacramento se obligauerit, ut litiget cum quo- *Ex concil.*  
libet, ne ad pacem vll'o modo redeat, pro periurio, *Hilvde.*  
vno anno à corpore & sanguine domini segre- *cap. 6.*  
getur, & reatum suum ieiuniis & eleemosynis absoluat:  
ad charitatem verò, quæ operit multitudinè peccatorum,  
celeriter redeat.

*De illis qui incautè iurauerint.  
Caput XVIII.*

**S**I aliquid fortè nos incautius iurasse contigerit, quod *Ex decret.*  
obseruatum peiorem vergat in exitum, illud consilio *Sotheris*  
salubriori mutandum nouerimus, ac magis instante neces- *pap. ca. 3.*  
sitate peierandū nobis, quàm profecto iuramento in aliud  
crimen maius esse diuerrendum.

*Qualiter sacerdotes iurare debeant.  
Caput XIX.*

**C**Ornelius episcopus, Rufo coepiscopo in domino sa- *Ex epist.*  
lutem. Exigit dilectio tua, frater charissime, ut ex au- *Cornelij*  
thoritate sedis apostolicæ, tuis deberemus consultis re- *pap. cap.*  
spondere. Quòd licet non prolixè, sed succinctè agere fe- *3.*  
stinaremus, propter quasdam importunitates quæ nostris  
præpedientibus peccatis in nos superuenere, tuis tamen  
per reliqua sanctorum patrum instituta studiis perquirere  
latius, & inuestigare committimus. Non enim potest mens  
attrita & oneribus, atque importunitatibus grauata, tan-  
tum boni peragere, quantum delectata & oppressionibus  
soluta. Non ergo ista ob id prætulimus, ut hæc & alia quæ  
necessaria fore cognouerimus, tuæ sanctitati velimus de-  
negare: sed quod hic minus inuenitur, latius perquiratur.  
Sacramentum autem hæcenus à summis sacerdotibus, vel